UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Redemptoris DCC.XIV. perducitur vsq[ue] ad Annum DCCC.XLII. quo & orta hoc sæculo in Oriente, debellata est penitus Iconoclastia; vt planè qui Tomum hunc Panopliam dixerit aduersus impios Iconoclastas, veritatis scopum attinget, Continet annos C.XXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 813. Leonis Pap. III. Annus 18. Caroli Mag. 13. Mich. Cvro. 2. Impp.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15233

Visual Library

gulos nominem, tanquam è cœlo allato oraculo firmiter eidẽ inhæſerunt, vno duntaxat excepto, præ cunctis Hiſpanarum rerum ſcriptoribus hoc nomine mihi laudando Ambroſio *Morale, qui hæc odoratus, haud imprudens eſt errantes ſequutus, ſed hærens ſubſtitit, vt rem accuratiùs conſideraret. Sed eos admirati ſumus magis, qui difficultatem hanc ſentientes, vt ſoluerent, duas clades exercitus Caroli in Pyrenæis montibus ſibi finxerunt, & hanc de qua eſt ſermo, poſteriorem dixerunt. Sed hos oportet ſuis diuinationibus adijciant, vt pariter affirment, Rotlandum & cæteros nominatos ſocios bis mortuos eſſe, cũ hos ipſos in poſteriori clade dicũt eſſe necatos, quos in eo iã diu anteà firmiſſimâ auctoritate oſtendimus fuiſſe peremptos. Sed faceſſant hæ cum ſuo auctore mentito Turpino fabellæ, poëticis dumtaxat dignæ figmentis, ab hiſtorico ſtylo longè longiùs ſemouendæ. At ſæpe ſuorũ gentilium nimium ardens amor plures fallere coëgit hiſtoricos, vt abſque delectu perciperent quæcumq; ſcripta, quibus ipſi quolibet modo gloriam ſuis compararent. At de his ſatis.

a Ambroſ. l. 3. c. 48.

IESV CHRISTI
Annus 813.

LEONIS PAP. III. Annus 18. — CAROLI MAG. 13. MICH. CVRO. 2. IMPP.

I. SEQVITVR Chriſti annus octingenteſimus decimustertius, ſextâ Indictione, quo Michael Imperator à Leone Armeno præuentus deponit Imperium quinto Idus Iulij. Quo modo autem iſta ſe habuerint, & quæ hæc præceſſerint, ex Theophane qui præſens aderat, audiamus. *Cùm enim pax penitus irrita reddita eſſet, nec vlla ampliùs de ea concilianda ſpes eſſet, vtrinque parantur copiæ, progreſſusq; primò Michaël: cùm ſe hoſtis mœnibus contineret, rediȷt prorſus inefficax. quando deſcendens (inquit) ad monaſterium Taraſij Patriarchæ, celebratis eius memorijs, vnà cum Procopia Auguſta, petalo argenteo librarum nonaginta quinque ſacrum eius ſepulchrum veſtiuit.* iam enim Taraſius colebatur vt ſanctus, atq; eiuſdem reliquiæ celebri cultu frequentabantur.

MEMORIAM TARASII CELEBRAT IMP.

II. Egreſſus iterum menſe Maio Michaël Imperat. nihil hoſtibus detrimenti, ſuis verò plurimum intulit damni deprædantibus militibus ipſos Romano Imperio ſubditos, cuius rei cauſâ ſuorum in ſe conuertit odium, arguentium eius in rebus militaribus imperitiam.

Cùm autem ob egreſſum Regis Bulgarorũ menſe Iunij ingens pauor Conſtantinopolim occuparet, viſum eſt Nicephoro Patriarchæ more maiorum publicis litanijs implorare diuinam clementiam. cũ è contra hæretici Iconoclaſtæ ſepulchrum adeuntes Conſtantini Copronymi, ipſum inuocare cœperunt. Quid autem hi nebulones confinxerint, audi ex Theophane rem geſtam ita per ſingula enarrantem: *Cùm autem vrbs litanias celebraret cum ſummo ſacerdote in templo ſanctorum Apoſtolorum: quidam impiorũ Deo peroſi, Conſtãtini hæreſeos, obſeratâ portâ Imperialium ſepulchrorum, nemine attendente propter turbæ frequentiam, qui ſubito cũ quodam ſonitu, vt aperiretur, egerunt, quaſi ex quadam operatione facti prodigij, & intrò inſilientes procidebant ſeductoris monumento, hunc inuocantes & non Deum: Surge, dicentes, & auxiliare perditæ Reipublicæ. Diffamaueruntq;, quia ſurrexit ſuper equũ ſedens, & vadit Bulgaros debellaturus, qui è contrario tartarum habitat cum dæmonibus. Qui ab vrbis Præfecto comprehenſi, primò quidem mentiebantur, dicentes vltrò fuiſſe apertas ſepulchrorum portas: præſentati verò tribunali Præfecti, & circa teſtimoniũ claudicantes, reſerationis ſtandem ante omnem pœnam confeſſi ſunt: quos meritò * veſtibus pompæ ſubmiſit vociferantes cauſam pœnæ. Sic enim nequitiæ inuentor diabolus ſuos milites erudiuit, vt non peccata ſua accuſent, ſed Orthodoxam à Patribus traditam Fidem, ſacrumq; habitum monachorum, quod diuinæ eſt philoſophiæ gymnaſium. Multi autem qui in his blaſphemabant, habitu tantùm Chriſtiani erant, veritate verò Pauliciani,* nempè Manichæi, *qui non valentes deteſtabilia opera ſua manifeſtare, huiuſcemodi occaſione inductos adulterabant, Conſtantinum quidem Iudæis erat ſenſus beatum dicentes, vt Prophetam & victorem habere eſſimij, ipſius in ſubuerſionem incarnatæ diſpenſationis Domini noſtri amplectẽtes.* Ita perfidi iſti viam patefacere conati ſunt huiuſcemodi inuentionibus eiuſdem hæreſis cohorti Leoni: resque accidit ex ſententia, ob nouam ipſis accommodatam obortam occaſionem, quam Theophanes ita deſcribit.

HÆRETICI ICONOCLASTÆ FALSO PRÆTEXTV INSVRGVNT.

** veſtibus*

III. *Decimo Kalendas Iunij prælium inter [illegible] haud procul ab Hadrianopoli Chriſtianis & Bulgaris, delinquunt quidem Chriſtiani valde direꝰ circa bellum: obtinuit autem [illegible] pugnam [illegible] vt plures congreſſionem nec intuentes, ſummã fuga [illegible] Crumnus Rex Bulgarorum conſternatus [illegible] argumentum eſſe quod factum eſt, & modicum retinuit [illegible] inſecutione. Quia verò vidit ſine vlla retentione fugere, [illegible] multitudines copioſas, & [illegible] hos eũ exuuijs abſtulit. Aſt Imperator fugiens [illegible] cum multitudinibus, harumq; principibus ſuſpicta, [illegible] batur Imperij depoſitionem [illegible], inter quos & Leonem Patricium tanquam pium & fortiſſimum & per omnia ſtrenuum in tenendo imperium adſciſcere ſocium voluit. Quo nolente acquieſcẽs, dimiſit eum thematibus præeſſe.* Ita Theophanes. Verùm hæc diuersè admodum ab alijs enarrantur, [illegible] factam culpâ Leonis Armeni fugam, proditione [illegible] dis, vt victoria è Romanorum manibus laberetur, [illegible] Cedrenus & alij. Pergit verò Theophanes.

IV. *Octauo Kalendas Iunij deponere volens Imperium & alium promouere, tamen ab vxore & filijs [illegible] nequiter præualuerunt. Verum in hoc Nicephorus [illegible] Patriarcha conſentiebat: Et ipſe, inquiens, & filij [illegible] fit aliter quis promoueatur. At verò Prætores [illegible] multitudinibus in vrbem, Imperatorem fugiſſe [illegible] rati quod ab eo de cætero imperandi forent, [illegible] metipſos, & implorabant Leonem, quo [illegible] Republicæ, & Chriſtianorum religioni [illegible] quamdiu quidem vehementer differebat, tempore [illegible] difficultatem, & barbarorum [illegible] metipſum erga Imperatores conſeruans [illegible] Quia verò ad vrbem properat [illegible] Nicephoro de fide ſua rectâ, affirmans; petens etiam vt [illegible] tu eius imperium ſumeret. Et veniens ad tribunal [illegible] ſitum vnà cum Prætoribus & exercitibus, valde [illegible] norum Imperator oſtenditur. Et die media Conſtantinopolim [illegible] Carſij portam ingreditur, & ad regalia peruenit. [illegible] ius acclamatione Michaël, ad Oratorium Phari [illegible] Procopia & natis ſuis, detonſis capillis, monaſticam [illegible] ta, quinto Idus Iulij, ſextâ Indictione, feriâ ſecundâ.* Ita Theophanes de abdicatione Michaëlis Imperatoris, [illegible] rò dicere de coronatione Leonis, atque [illegible] da à barbaris vrbe ſoſpita.

V. At Cedrenus longè aliter rem ſe habuiſſe [illegible] mirum omnia tyrannicè per Leonem facta [illegible] ſcilicèt (vt dictum eſt) deditâ operâ in [illegible] Imperium adduxiſſet, atque etiam in Michaëlem [illegible] & inertem publicè declamâſſet, milites ad defectionem ſolicitâſſe, adegiſſe verò vt Imperator ipſe [illegible] clamaretur, licèt ſimulatè reluctaretur. Quid verò Michaël egerit depoſiturus Imperium, à Cedreno [illegible] *Michaël vt erat ingenio pacis ſtudioſus, [illegible] tantæ rei nolens, acriter eos reprehendit, à quibus ad [illegible] committendas inſtigaretur. & ſtatim quendam [illegible] Leonem cum diademate, purpura, & calceis [illegible] ſunt inſignia) miſit, Imperio ſe ei cedere indicans, quod [illegible] amittere potius cenſeret, quàm guttam vnam Chriſtiani ſanguinis fuſam cernere, iubens que eum ſine vllo metu [illegible] venire & Regiam occupare.* Fecit hoc Leo, ingreſſusq; Conſtantinopolim per auream portam cum exercitu Regiam tenuit. Quid autem ſequenti die à Michaële [illegible] factum ſit, Theophanes ita dicere pergit, [illegible] publicè à Nicephoro Patriarcha coronatus, de quo [illegible] nus. *Multò antè,* inquit, *Nicephorus Patriarcha Leonis [illegible] tatem præſenſerat, ab eo rei Eccleſiæ agitatam, [illegible] Nam quo tempore diadema capiti eius impoſuit, [illegible] ſpinis ac tribulis manum compungi.* [illegible]

IX.

poſtea eſſent euentura, interpretatus fuerat.

VI. *Poſterà verò die, Leo coronatus à Nicephoro Patriarcha in ambone maioris Eccleſiæ, vrbis præcepit cuſtodiri portas; & muros die ac nocte circumiens, & exercitans cunctos, ac bonam ſpem fiduciam habere commonens, eò quòd Deus celeriter foret inopinatè facturus per interceſſiones intemerata Dei Genitricis & omnium Sanctorum; nec omninò confundi nos, eſſet paſſurus ob multitudinem culparum noſtrarum. Intereà nouus Sennacherib, Crunnus videlicet, deuicto proprio fratre cum virtute ſua ad oppugnandam Hadrianopolim, poſt ſex dies Imperij Leonis ſuperueniens in viribus ſuis & copiis, regiam vrbem circumiuit iuxta muros à Blachernis vſque ad Auream portam, oſtendens virtutem ſuam, & celebrato pollito dæmoniaco ſacrificio in prato penes mare ſito: poſtulauit ab Imperatore, vt figeret contum ſuum in eandem portam Auream, quod id fieri non permittente, reuerſus eſt ad tabernaculum ſuum. Cùm autem admiratus fuiſſet muros vrbis, & benè ordinatam Imperatoris aciem, & ſuper obſidione quam ſperabat deſperatus eſſet, ad conuentiones conuertitur & ante pacem tentatoria verba faciebat. At Imperator acceptâ occaſione, conatus eſt huic inſidiari, ſed à multitudine peccatorum noſtrorum hoc ad finem perducere prohibitus eſt, adminiſtrantium huiuſcemodi ruſticitate, vulnerantium quidem hunc, mortalem tamen non inferentium plagam. Super hoc ergo inſaniens nequiſſimus, miſſo curſu ad ſanctum Mamantem palatium illic habitum incendit, & æreo leone Hippodromi vnà cum vrſo & draconculo, lateribus & marmoribus electis in plauſtro impoſitis, reuerſus eſt; & obſeſſam Hadrianopolim cepit.*

REX BVLGARORVM OBSIDET VRBEM CONST.

VII. Tunc contigit & eius ciuitatis Epiſcopum Manuelem martyrio coronari, quem & alij poſtea ſecuti ſunt ad triumphum. In Menologio ſiquidem Baſilij Imp. iſta notata reperiuntur vigeſima die Ianuarij.

MANVEL EPISCOPVS HADRIANO-POLIS MARTYR.

Sanctorum Martyrum Manuelis, Georgij Leonis & ſociorum à Bulgaris peremptorum.

*Sub Leonis Armeni principatu Crunnus Bulgarorum Princeps magno cum populo Hadrianopolim Thraciæ petens, lege belli expugnauit eam, & cum vrbe ſanctum quoq; cepit Manuelem Epiſcopum, qui * manibus prius ab humeris amputatis, mox per medium gladio diſſectum feris ad deuorandum proiecit. Crunnus verò propter peccatum excæcatus eſt propriiq; populi incurrens odium, funibus ab eo ſuffocatus fuit. Bulgarorum verò ſuſcipiens Imperium Zocus impiiſſimus omnes captiuos congregauit Chriſtianos, duces, presbyteros, diaconos, & laicos; & cum Chriſti Fidem negare eos cogeret, & illi non acquieuiſſent, eoſdem diuerſis affectos tormentis crudeliter obtruncauit.* hactenus ibi.

* brachijs

VIII. Porrò ad hunc vſque diem captæ ciuitatis Hadrianopolis Theophanes perducens hiſtoriam, eidem finem impoſuit. Nec eſt vt dici poſſit hiſtoriã interciſam eſſe, quod auctor perorationem nullam (vt moris eſt) appoſuerit. Siquidem Anaſtaſius qui in Latinum eam tranſtulit, teſtatur vſque ad Leonem hunc qui ſucceſſit Michaeli ipſum eam ſcriptionem perduxiſſe. Cur autem reliqua Leonis Imperij nõ ſit proſequutus: perſecutio ab eo excitata, qua & vexatus eſt ipſe Theophanes, in cauſa fuiſſe videtur, pœnituiſſe eum oportuit (ſi eius illa ſunt & non ab alio addita) Leonem anteà laudaſſe vt pium, & commendaſſe vt iuſtum, excuſaſſeque ab inuaſione Michaelis Imperij. Fraudulentus ſiquidem homo ita comparatus erat, vt virtutũ mentio pallio facillimè quemq; deciperet, vt optimus ab omnibus haberetur, qui reuerà omnium nequiſſimus eſſet, nec qualis vir eſſet prodiderit, quouſq; ſtabiliſſe ſibi videretur Imperium: vt non mireris ſi Theophanem virum ſanctiſſimum eundem audiſti laudantem. Cæterùm ſi Cedreno credimus, qui ait Theophanem vſque ad exitum tantùm Nicephori ſuam hiſtoriam produxiſſe, affirmare neceſſe eſt, cuncta quæ ab eo tempore in hunc diem ponuntur, alterius eſſe auctoris additamentum, quod & exiſtimo eſſe verum, factumque vt aliquis eiuſdem Imperatoris ſtudioſus, illa de Leonis probitate commentus ſit.

DE THEOPHANIS HISTORIA

IX. Quod autem ad ipſum ſcriptorem Theophanem ſpectat, Anaſtaſius Bibliothecarius, qui in Latinum vertit eã hiſtoriam, ipſum illum fuiſſe Theophanem magni nominis monachum ſanctitate celebrem & miraculis clarum aſſerit, cùm de ipſo pauca iſta perſtringit.

De altero, nempè de Theophane quid dicam? cùm & eius conſcripta vita, qualiter videlicèt amplis patrimonijs venditis, crucem ſuam tulerit, qualiterue ſecutus Chriſtum, Abbatis in monaſterio Agri functus officio, virtutibus fulſerit, miraculis coruſcarit, & circum quaſque regiones his qui propè, & his qui longè ſunt, clament: ſed & ſtudia eius ad nos vſque perlata, quis vel quantus vir iſte fuerit, ſolertibus manifeſtant. hæc Anaſtaſius in præfatione à ſe editæ verſionis, quæ falſo nomine Pauli diaconi notatur inſcriptione, qui longè antè hæc tempora dictus eſt ex hac vita migraſſe. Porrò & alium Theophanem æquè monachum & Confeſſorem conſtat hoc eodem tempore claruiſſe, & ſub eodem Leone Armeno coronatum fuiſſe, qui Sabæ Abbatis monaſterij in Palæſtina monachus fuit Theodori frater, de quibus ſimul ſuo loco dicturi ſumus.

THEOPHANIS HISTORICVS QVIS FVERIT.

X. Sed de ipſo Anaſtaſio interprete non ſilendum, ſic Theophanem Latinitati donaſſe, vt tamen (quod ipſe teſtatur) aliqua omiſerit, perſtrinxeritque aliqua breuitate, addiderit verò ipſe nihil: Nam accipe ipſius verba: *Operæpretium duxi ex Georgij ſummatim quædam & Theophanis chronographia plura ſed ſuccinctè carpenda.* & poſt multa: *Accipe itaque hoc, cariſſime, incompoſitum opus, & nihil meum in hoc prorſus inſertum pernoſce.* & inferiùs: *Porrò ſi ego ex his duobus illuſtribus viris quædam deflorare propoſui, vt penè omnia quæ à nominatis hiſtoriographis commemorata ſunt, à me commemoranda nõ luxerim. Ex cuiuſlibet autem geſtis quædam ſummatim excerpſi: quamuis à Iuſtiniano Principe ac deinceps pauca omiſerim eorum quæ ab his Chronographis relata ſunt.* hæc ipſe ad Ioannem diaconum Anaſtaſius cùm meditaretur hoc ipſum, quod nos Deo adiuuante præſtamus, hiſtoriam Eccleſiaſticã texere. cui idem Anaſtaſius omnem ſuam operam ſpondet, tum in reddendis Græcorum monumentis Latinitati, tum etiã ex Latinis qui inueniri poſſent, libertiſſimè exhibere. Cæterùm ipſum integrum abſque compendioſa breuiatione Theophanem reperiri Pariſijs in bibliotheca Reginæ matris accepi. nos autem eũdem Græcè ſcriptum dono miſſum conſecuti ſumus à viro doctiſſimo Aloyſio Lolino Veneto, Epiſcopo Belunenſi, depromptum ex ſua Græcorum librorum referta bibliotheca, cui perpetua gratiarum actio hic cuſa permaneat.

ANASTASII RATIO IN TRANSFERENDO IN LATINVM THEOPHANE.

Sed ad Leonem redeamus, qui nactus Imperium haud quieuit, Michaelem cum coniuge Procopia & filijs degere Conſtantinopoli, priuatim inter monachos profitentem, ſed relegauit eoſdem in inſulam Protam, ſiue Principem dixeris; adiecit ad crudelitatem, vt filios eius Theophylactum natu maiorem, nec non Ignatium qui ſedem Conſtantinopolitanam poſtea gubernauit, caſtrari iuſſerit.

RELEGATVR MICHAEL CVM FILIIS ET VXORE.

Quod autem pertinet ad res occidentales, hoc anno, veris initio Carolus Magnus dum eſſet Aquiſgrani ad cõfirmandam rurſus pacem cum Michaele Imperatore, ad ipſum legationem decernit. delecti ſunt Legati inſignes doctrinã Amalharius Epiſcopus Treuerenſis, atq; Petrus Abbas monaſterij Nonãtulæ in Italia. Verùm cũ hi Conſtantinopolim perueniſſent, non Michaelem (ceſſerat enim ille) ſed Leonẽ Imperatorem inuenerunt, à quo ſunt auditi atque dimiſſi anno ſequenti cum Legatis eius ad Carolum Imperatorem, vt ſuo loco dicetur.

LEGATIO AMALHARII CONSTANTINOPOL.

XII. Eodem anno idem Carolus Imp. habito generali cõuentu Aquiſgrani, filium ſuum Ludouicũ coronauit Imperatorem, & Bernhartum nepotem ſuum Pipini filium Italiæ præfecit, atque Regem appellari iuſſit. hæc veteres Annales Francorum. De Ludouico verò in Imperium à patre promoto hæc Eginhardus habet: *Extremæ vitæ tempore, cùm iam & morbo & ſenectute premeretur, euocatum ad ſe Ludouicum Aquitaniæ Regem, qui ſolus filiorũ Hildegardis ſupererat, congregatis ſolemniter de toto Regno Francorum primoribus, cunctorum conſilio conſortem ſibi totius Regni, & Imperialis nominis hæredem conſtituit, impoſitoq; capiti eius diademate, Imperatorem & Auguſtum iuſſit appellari. Suſceptumq; eſt hoc eius conſilium ab omnibus qui aderant, magno cum fauore: nam diuinitus ei propter Regni vtilitatem videbatur inſpiratum. Auxitque maieſtatem eius hoc factum, & exteris nationibus non minimum terrorẽ incuſſit.* hactenus Eginhardus.

LVDOVICVS CORONATVR IMP. A PATRE.

LVDOVICVS PROVEHITVR IN IMP.

Sed quæ de coronatione Ludouici Theganus habeat ſcriptor huius temporis (fuit iſte Chorepiſcopus Treuerenſis, qui de geſtis Ludouici commentarium ſcripſit, cuius & meminit Vualfridus Strabo) adducamus in medium.

XIII. *Supradictus verò Imperator cùm iam intellexiſſet appropinquare ſibi diem obitus ſui (ſenuerat enim valdè) vocauit filium ſuũ Ludouicum ad ſe cum omni exercitu, Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus loco poſitis: habuit grande colloquium cum eis Aquiſgrani Palatio pacificè & honeſtè admonens, vt fidem erga filium ſuum oſtenderent, interrogans omnes à maximo vſque ad minimum, ſi eis placuiſſet, vt nomen ſuum, id eſt, Imperatoris, filio ſuo Ludouico tradidiſſet. Illi omnes reſponderunt, Dei eſſe admonitionem illius rei. Quo facto, in prima die dominica ornauit ſe cultu Regis, & coronam capiti ſuo impoſuit, incedebatq; clarè veſtitus & ornatus, ſicut eum decuerat. Perrexit ad Eccleſiam, quam ipſe à fundamentis conſtruxerat, peruenitq; ante altare in eminentiori loco conſtructum ceteris altaribus, & conſecratum in honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſuper quod coronam auream aliam, quam ipſe geſtabat in capite ſuo, iuſſit poni.*

LVDOVICI CORONATIO.

Poſtquam diu orauerunt ipſe & filius eius, locutus eſt ad filium ſuum coram omni multitudine Pontificum & Optimatum ſuorum admonens eum in primis omnipotentem Deum diligere & timere, eius præcepta ſeruare in omnibus, Eccleſias Dei gubernare & defendere à prauis hominibus. ſororibus ſuis & fratribus qui erant natu minores, & nepotibus & omnibus propinquis ſuis indeficientem miſericordiam ſemper oſtendere præcepit: deinde ſacerdotes honorare vt patres, populum diligere vt filios, ſuperbos & nequiſſimos homines in viam ſalutis coactos dirigere, cœnobiorum conſolator & pauperum eſſe. Fideles miniſtros & Deum timentes conſtitueret, qui munera iniuſta odio haberent. Nullum ab honore ſuo ſine cauſa diſcretionis deiiceret; ſemetipſum omni tempore coram Deo & omni populo irreprehenſibilem demonſtraret.

MVNITIO CAROLI FACTA AD LVDOVICVM.

XIV. *Poſtquam hæc verba & alia multa coram multitudine filio ſuo oſtenderat, interrogauit ſi obediens voluiſſet eſſe præceptis ſuis. At ille reſpondit, libenter obedire & cũ Dei adiutorio omnia præcepta quæ mandauerat ei pater, cuſtodire. Tunc iuſſit eum pater, vt proprijs manibus coronam quæ erat ſuper altare eleuaret, & capiti ſuo imponeret, ob recordationem omnium præceptorum quæ mãdauerat ei pater. At ille iuſſionem patris impleuit. Quo facto, audientes Miſſarum ſolemnia, ibant ad Palatium. Suſtinuit enim filius, patrem eundo & redeundo quamdiu cum eo fuerat filius. Non poſt multos dies magnificis donis honorauit eum pater ſuus, & dimiſit eum ire in Aquitaniam. Antequam diuiſi eſſent, amplexantes ſe, & oſculantes propter gaudium amoris flere cœperunt.* hactenùs verò de coronatione. his verò hæc addit.

QVANDO CORONA AB VOLVIT CAROLVS FILIVM.

Poſtquam diuiſi fuerant, dominus Imp. nihil aliud cœpit agere, niſi in orationibus & eleemoſynis vacare, & libros corrigere: nam quatuor Euangelia Chriſti, quæ intitulantur nomine Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis, in vltimo, ante obitus ſui diem cum Græcis & Syris optimè correxerat. hucuſque Theganus.

XV. *Præter hæc autem, addunt Annales Francorum, fuiſſe conſilium Caroli, non ſolum vt ita benè conſuleret rebus Imperij, ſed & ſtatum Eccleſiæ relinqueret benè diſpoſitum. cuius rei perficiendæ causâ, voluit diuerſis in locis Concilia celebrari. Nam hoc eodem anno (tradunt Annales) quinque Concilia quoque iuſſu eius ſuper ſtatu Eccleſiarum corrigendo per totam Galliam ab Epiſcopis celebrata eſſe. Quorum vnum Moguntiaci, alterum Rhemis, tertium Turonis, quartum Cabiloni, quintum Arelati congregatum eſt. Et conſtitutiones quæ in ſingulis facta ſunt, collatione coram Imperatore in illo conuentu habitâ, qui noſſe voluerit, in ſupradictis ciuitatibus inuenire poterit, quamquam & in Archiuo Palatij exemplaria illarum habeantur.* Extant hodiè ſingulorum omnium canones editi in recentiori editione Conciliorum. Et quod pertinet ad Moguntinum Concilium quinquaginta ſex canones extant, de quib. ea quæ ibi leguntur de certa temporis nota, quo exploratiora cuncta fiant, hic reddamus.

DE QVINQVE CONCILIIS IN GALLIA CELEBRATIS.

XVI. *Facta eſt autem hæc Synodus in ciuitate Moguntia, in clauſtro baſilicæ ſancti Albani Martyris anno Domini octingenteſimo decimotertio, & Imperij domini Caroli Imperatoris anno decimotertio, Indictione quintâ, quinto Idus Iunij, vbi ſederunt Epiſcopi triginta, Abbates verò viginti quinque.* Complura ſanè in eo ſtatuta ſunt ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectantia, quæ quiſque magno emolumento, ſi velit, inſpiciat. Eſt & in eo illud obſeruatione dignum, de armorum vſu, cùm ob bellorum frequentiam iam Eccleſiaſtici aſſueuerant, quod prohibet ſancta Synodus arma geſtare, [illegible] ſecus, cui armorum vſus iam eſſet antiquitus [illegible] ſunt iſta verba canonis [a]: *Nos autem qui [illegible] ad modum omnibus obſeruare volumus, vt arma ſpiritualia [illegible] mus, ſæcularia dimittamus. Laicis verò qui apud nos ſunt, arma portare non præiudicemus, quia antiquitus mos eſt, & [illegible] uenit.* hæc ibi, conſideratione digna aduerſus eos qui [illegible] de laicis impugnare conſueuerunt.

DE CONCIL. MOGVNTINO.

Eodem quoque anno (vt dictum eſt) habita eſt Rhemenſis Synodus, in qua canones quadraginta [illegible] citi, quibus de nota loci & temporis eiuſmodi præpoſitus eſt titulus: *Hic eſt ordo capitulorum breuiter adnotatus, [illegible] no Dominicæ Incarnationis octingenteſimo decimotertio [illegible] ſunt in conuentu Metropolitanæ ſedis Rhemenſis Eccleſiæ à domino Carolo piiſſimo Cæſare, more priſcorum Imperatorum [illegible] gato, ordinante Vulfario eiuſdem ſanctæ Sedis Archiepiſcopo, [illegible] ſe Maio,* &c. Inter alia autem plura tali conſeſſu digna, [illegible] habet digna memoriã de menſa Epiſcoporum [illegible] batum [b]: *Pauperes & indigentes ſecum ad menſam habeant, & lectio diuina ibi perſonet, & ſumant cibum cum benedictione & laude Dei.*

Quod autem errore factum eſt in priori editione, [illegible] poſitum fuerit Concilium habitum ad Villam Theodonis, ante duo iſta Concilia Moguntinum & Rhemenſe, [illegible] corrigendum eſt, atque dicendum, primum [illegible] portuiſſe celebrata eſſe dicta duo Concilia, deinde verò illud ad Villam Theodonis, eo quod Archiepiſcopi Moguntinus & Rhemenſis Aiſtulphus & Ebbo, qui interfuerunt Concilio celebrato in Villa Theodonis, poſt Hildebaldum Moguntinum & Vualferium Rhemenſem, qui interfuerunt dictis duobus Concilijs, ſed [illegible]. Quod ex eo redditur exploratum, quod ambo [illegible] phus & Ebbo, nominati reperiuntur in quadam [illegible] tione Ludouici Caroli Magni filij, quæ ſuo loco [illegible] recitatur, quã editam eſſe poſt duo illa dicta Concilia [illegible] lum eſt dubium.

Turonenſe quoque hoc eodem anno [illegible] eſt celebratum Concilium, canones quinquaginta [illegible] continens, vbi & de menſa pariter Epiſcoporum [illegible] *Peregrini & pauperes conuiuæ ſint Epiſcoporum, [illegible] ſolùm corporali, ſed ſpirituali reficiantur alimento.* In Cabilonenſi verò Synodo hoc item anno celebrata in [illegible] Lugdunenſi, canones ſexaginta ſeptem ſtatuti reperiuntur, in quorum tertio canone mentio habetur de [illegible] pto Caroli Magni, *quo voluit omnes Epiſcopos ſcholas erigere, in quibus bonæ litteræ atq; in primis Theologia doceretur. [illegible] gilandum verò, curandumq; ſimul cum ſacerdotibus [illegible] bium confundit auidorum parat. Oportet etiam, vt ſi quãdo ſacerdotes fruges, vel quæſtum reditum terræ congregant, [illegible] non ideò hoc faciant, vt carius vendant, & theſauros [illegible] ſed vt pauperibus tempore neceſſitatis ſubueniat.*

Sed illa in eodem Concilio ſtatuta conſideratione digna videntur, in quibus agitur de peregrinatione ad loca ſancta ſuſcipi ſolita à fidelibus; & quando probanda illa, quando verò improbanda ſint docemit. Quod [illegible] tem eſſent hoc tempore illæ inter alias celeberrimæ [illegible] Occidente peregrinationes, Romam ad Limina Apoſtolorum, peccatorum remiſſionis gratiâ conſequendæ, atque Turonum ad ſanctum Martinum, & in [illegible] diuerſis ex cauſis abuti ſolerent, hæc de his ſancta Synodus ſtatuit.

A quibuſdam qui Romam, Turonumde, & alia quædam [illegible] ca ſub prætextu orationis inconſultè peragunt plurimum [illegible] Sunt presbyteri & diacones & cæteri in clero conſtituti, [illegible] genter viuentes: in eo ſe purgari à peccatis putant, [illegible] fungi debere, ſi præfata loca attingant. Sunt nihilominus laici, [illegible] putant ſe impunè peccare aut peccaſſe, quibus loca [illegible] quentent. Sunt quidam potentes, qui acquirendi [illegible] tia ſub prætextu Romani ſeu Turonici itineris multa [illegible] runt, multos pauperum opprimunt; & quod ſolà [illegible]

faciunt, orationum ſiue ſanctorum locorum viſitationis cauſa ſe facere videri affectant: ſunt pauperes, qui vel ideò id faciunt, vt maiorem habeant materiam mendicandi; de quorum numero ſunt illi, qui circumquaq; vagantes, illo ſe pergere mentiuntur; vel qui tantum ſunt vecordes, vt putent ſe ſanctorum locorum ſolâ viſitatione à peccatis purgari, non attendentes quod ait beatus Hieronymus, non Hieroſolymam vidiſſe, ſed Hieroſolymis benè vixiſſe, laudandum eſt. De quibus omnibus domini Imperatoris, qualiter ſint emendanda ſententia expectetur.

XIX. Quænam verò, quorumúe ſit peregrinatio proficua Patres ibi ita definiunt: *Qui verò peccata ſua ſacerdotibus, in quorum ſunt parochijs, confeſſa ſunt, & ab his agendæ pœnitentiæ conſilium acceperunt, ſi orationibus inſiſtendo, eleemoſynas largiendo, vitam emendando, mores componendo, Apoſtolorum Limina, vel quorumlibet Sanctorum inuiſere deſiderant, horum eſt deuotio modis omnibus collaudanda.* Abſtinuerunt tamen Epiſcopi de peregrinis illis quicquam decernere abſque Caroli ipſius ſcientia, eò quod ſcirent in colligendis huiuſmodi peregrinis eundem Carolum fuiſſe ſtudioſiſſimum, de cuius in his propenſiſſimo ſtudio iſta habet Eginhardus: *Amabat peregrinos, & eorum ſuſcipiendorum magnam habebat curam, adeò vt eorum multitudo non ſolum palatio, verùm etiam Regno non immeritò videretur oneroſa. ipſe autem pro magnitudine animi huiuſcemodi pondere minimè grauabatur, cum etiam ingentia incommoda laude liberalitatis ac bonæ famæ mercede compenſaret.* hæc Eginhardus.

CAROLVS MAGNVS STVDIOSVS PEREGRINORVM.

XX. At nō deſiit ipſe Carolus eiuſmodi errones lucri cauſâ peregrinantes cohibere. nam audi quid in eius Capitularibus [a] habeatur de Mangonibus, qui nouis adinuentis etiam diſpendio ſanguinis pecuniam corradebant.

a Capit. li. 1. c. 79.

Item vt iſti Mangones & Cogciones, qui ſine omni lege vagabundi vadunt: per iſtam terram non ſinantur vagari, & deceptiones hominibus agere. Nec iſti nudi cum ferro, qui dicunt ſe dati ſibi pœnitentiâ ire vagantes. Melius videtur, vt ſi aliquid inconſuetum & capitale crimen commiſerint, in vno loco permaneant laborantes, & ſeruientes, & pœnitentiam agentes, ſecundùm quod ſibi canonicè impoſitum ſit. Itemque de pauperibus ita vagantibus [b].

b Capit. l. 1. c. 124.

De mendicis, qui per patrias diſcurrunt, volumus, vt vnuſquiſque fidelium noſtrorum ſuum pauperem de beneficio, aut de propria familia nutriat, & non permittat aliubi ire mendicando. Et vbi tales inuenti fuerint, qui ſibi manibus laborent: nullus eis quicquam tribuere præſumat. & quod rurſum ad hoſpitalitatem ſpectat, dicta ab eodem Carolo ad clerum, hæc [c] accipe.

c Capit. l. 1. c. 121.

Vt de hoſpitalitate & cura pauperum memores ſitis, & propter quod res Eccleſiaſtica à fidelibus oblata, & ab Eccleſia recepta ſint, & eo modo illas diſtribuatis, vt ab illo, cui de his rationem reddituri eſtis, non damnationem, ſed æterni gaudij mercedem accipere mereamini. De his item alibi [d], hortās omnes ad hoſpitalitatem, agit. hæc de his quæ ſpectant ad Concilium Cabilonenſe quarto ordine numeratum.

d Capit. l. 1. c. 75.

XXI. In quinto verò Concilio hoc anno Arelati celebrato canones ſunt ſanciti vigintiſex, quibus nota temporis ita præfixa eſt: *Dum anno quadrageſimo ſexto incliti & Orthodoxi domini & Principis noſtri Caroli Imperatoris, ſub die ſexta Idus Maias, Erâ octingenteſimâ quinquageſimâ primâ vnanimitatis noſtra conuentus in Arelatenſium vrbe baſilica S. Stephani Martyris primi aggregatus conſiſteret, &c.* In quo [e] ſicut & in Moguntino Concilio præcipitur, vt Epiſcopo obediant Comites, & Iudices ſæculares. Demum illud ſic habeto: nihil penè prætermiſſum in quinque Concilijs iſtis, quod ad optimam Eccleſiæ inſtitutionem ſpectare poſſe videretur. Sic igitur Chriſtianiſſimus Princeps proximè ex hac vita diſceſſurus, Eccleſiæ benè conſuluit, de qua dum dixit ſemper optimè meritus fuit.

e Conc. Arelat. ſub Car. c. 13.

IVS ECCLESIÆ PER CAROLVM MAGNVM POSTEÆ ELECTIONIS EPISCOPORVM REDDITVM.

Sed & in eo poſtiſſimum idem Carolus Magnus intentum animum habuit, vt ipſam Dei Eccleſiam omni ex parte liberam relinqueret, cuius rei gratiâ, Epiſcoporum electionem vſurpatam à prædeceſſoribus, in priſtinam libertatem reſtituit, confeciſſi legem vnà cū Ludouico ſanctam reliquerit [f]: *Sacrorum canonum non ignari, vt in Dei nomine ſancta Eccleſia ſuo liberius potiretur honore, aſſenſum ordini Eccleſiaſtico præbuimus, vt ſcilicèt per electionem cleri & populi, ſecundum ſtatuta canonum, de propria diœceſi, remotâ perſonarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum & ſapientiæ donum eligantur, vt exemplo & verbo ſibi ſubiectis vſquequaque prodeſſe valeant.*

f Capit. li. 1. c. 34. & lib. 5. c. 34.

XXII. Quomodo autem reliquerit Carolus Magnus diſpoſitionem ſedium Epiſcopalium vacantium, ſecundùm quod (vt vidimus) in ſuis Capitularibus teſtatus eſt, vt ſecundum canones eſſent electiones, ex epiſtola Hincmari ad Carolum poſteà ſcripta, poſſumus intelligere, quæ ſic ſe habent: *Venerunt tres clerici & duo laici Siluanectenſis Eccleſiæ ad indignitatem meam, innoteſcentes, eandem Eccleſiam, fratre & conſacerdote noſtro defuncto, viduatam eſſe paſtore ferentes etiam ipſius Eccleſiæ tam cleri quàm plebis petitionem, vt ſecundùm ſacras regulas paſtor tribuatur. Quos interrogaui, ſi verbum erat de parte cleri ac plebis ipſius Eccleſiæ, & aliqua deſignata perſona? Qui reſponderunt, ſe non aliam petitionem ex parte ſociorum afferre, niſi vt apud ſolitam miſericordiam veſtram illis liberam ac regularem electionem obtinere ſatagerent: quatenus ſecundùm ſacras regulas illuc canonico Viſitatore directo, aſſenſum plebis ipſius Eccleſiæ alumnus valeat eligi, cui debet ab omnibus obediri.*

PRAXIS DE EPISCOPOR. ELECTIONE.

Ego autem, licèt ſacerdotem veſtrum Heſtrinum per fratrem Hildeboldum compresbyterum noſtrum VIII. Idus Iunij defunctū audierim: non tamen ſtatui anteà dominationi veſtræ quicquam inde ſuggerere, aut pro eadem Eccleſia poſtulare, priuſquam ſecundùm regularem modum, ab eo Legatos acciperem. & paulo pòſt: *Dignetur mihi dominatio veſtra,* ** ſine litteris ſignificare, quem vultis de Epiſcopis noſtris, vt ei ex more litteras canonicas dirigam, vt Viſitatoris officio fungens, in eadem Eccleſia electionem canonicam faciat. Et aut per ſe, aut per litteras ſuas Vicario ſuo diffinente, eandem electionem canonicam faciat. Et aut per ſe, aut per litteras ad me referat. & per me ipſa electio ad dominationis veſtræ diſcretionem perueniat.* hactenus de his ad Carolum Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus.

* ſuis

XXIII. Ex quibus intelligis, Lector, nonniſi ex præſcripto canonum voluiſſe electiones eſſe liberas. Sed Viſitatorem à Rege mitti, nec ante licere quicquā agi, eò quòd magnæ rixæ in his accidere ſolerent ob diuerſa diuerſorum ſtudia in iſtiuſmodi electionibus. quæ omninò ceſſarent, ſi præſentia Legati Regis adeſſet. Cæterùm in omnibus ſeruata integra iura clero, populoq; in electione Archiepiſcopi, cuius muneris erat de electo reddere Imperatorem certiorem fuiſſe liquet. Ex quibus omnibus multò magis erroris redarguas eos, qui Carolo aſſerunt datam facultatem ab Hadriano omnes ſui Regni Epiſcopos eligendi, de quibus abundè ſuperiùs actum eſt, cùm tantum mendaciū patefecimus.

Florebat his temporibus Florus, cuius eſt mētio apud Vſuardum in præfatione ad Martyrologium, & ſummâ laus apud Vualfridum Strabonem in carmine ad Agobardum Lugdunenſem Epiſcopum. Huius extat fragmentū apud Agobardum, cuſum haud pridem à Papirio Maſſono, quod pertinet ad præſentem tractationem de Epiſcoporum electione, his verbis:

Collecta à domino Floro ex ſententijs antiquorum Patrum.

Manifeſtum eſt omnibus, qui in Eccleſia Dei ſacerdotale officium adminiſtrant, quæ ſunt illa quæ in ordinatione Epiſcopali, & ſacrorum canonum auctoritas, & conſuetudo Eccleſiaſtica, iuxta diſpoſitionem diuinæ legis, & traditionem Apoſtolicam iubeat obſeruari: videlicet: vt paſtore defuncto, & ſede vacante, vnus de Clero eccleſiæ, quem communis & concors eiuſdem Cleri, & totius plebis conſenſus elegerit, & publico decreto celebriter ac ſolemniter deſignauit, legitimo Epiſcoporum numero conſecratus, locum decedentis Antiſtitis vicè valeat obtinere: nec dubitetur diuino iudicio & diſpoſitione firmatum, quod ab Eccleſia Dei tam ſancto ordine, & legitima obſeruantia fuerit celebratum. Hæc ſunt quæ in Concilijs Patrum, & in decretis Apoſtolicæ Sedis Pontificum ſtatuta reperiuntur, & ab Eccleſia Chriſti & initio comprobata reperiuntur, & comprobantur. Vnde & beatus martyr Cyprianus de ſancto Cornelio Vrbis Romæ Pontifice, cum Epiſcopatum eius ad-

verſus quoſdam ſuperbos & inuidos calumniatores defenderet, hæc ipſa in teſtimonium ſanctæ & legitimæ ordinationis eius proſecutus eſt, dicens: Factus eſt Cornelius Epiſcopus de Dei & Chriſti eius iudicio, de clericorum omnium teſtimonio, de plebeio ſuffragio, de ſacerdotum antiquorum, & bonorum virorum conſenſu, cùm nemo Epiſcopus ante factus eſſet, cum gradus cathedra ſacerdotalis vacaret. Quo occupato, & omnium noſtrorum conſenſione firmato, quiſquis iam Epiſcopus fieri voluerit, omnimodis neceſſe eſt, vt Eccleſiaſticam non habeat ordinationem, qui Eccleſiæ non tenet per conſenſum vnitatem. Poſt primum ſecundus eſſe nõ poteſt: quiſquis enim poſt vnum, qui per electionem conſecratus eſt, eſſe voluerit, iam non ſecundus ille, ſed nullus eſt. Iuxta hæc verba beati Cypriani, ordinatos fuiſſe conſtat, & legitime præfuiſſe vniuerſo populo deinceps omnes Eccleſiarum Dei Antiſtites, abſque vllo conſultu mundanæ poteſtatis, à temporibus Apoſtolorum: & poſtea per annos ferè quadringentes. Ex quo autem Chriſtiani Principes eſſe cœperunt, eandem Epiſcoporum ordinationibus eccleſiaſticam libertatem ex parte maxima permanſiſſe, manifeſta ratio declarat. Neque enim fieri potuit, cùm vnus Imperator orbis terræ Monarchiam obtineret, vt * [*ex] omnibus latiſſimis mundi partibus, Aſiæ videlicet, Europæ, & Africæ, omnes qui ordinandi erant Epiſcopi, ad eius cognitionem deducerentur. Sed fuit ſemper integra & rata ordinatio, quam ſancta Eccleſia iuxta traditionẽ Apoſtolicam, & religioſæ obſeruationis formam celebrauit. Quod verò in quibuſdam regnis poſteà conſuetudo obtinuit, vt * [*f. conſultu] conſulta Principis ordinatio fieret Epiſcopalis: valeat vtique ad cumulum fraternitatis propter pacem & concordiam mundanæ poteſtatis, non tamen ad complendam veritatem, vel auctoritatem ſacræ ordinationis, quæ nequaquam regia potentatu, ſed ſolo Dei nutu, & Eccleſiæ Fidei conſenſu cuique conferri poteſt. Quoniam Epiſcopatus non eſt munus humanum, ſed ſancti Spiritus donum, ſicut oſtendit Apoſtolus, vbi ad Epiſcopos loquitur, dicens: Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Vnde in epiſtola ad Hebræos ait: Nec quiſque ſibi ſumit honorem, ſed qui vocatur à Deo ſicut Aaron. Sic & Chriſtus non ſemetipſum glorificauit vt Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te. & iterum: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. In quibus Apoſtoli verbis euidentiſſimè demonſtratur, ad hoc primum ad poſcendum atque ſumendum ſufficere vniuſcuiuſque gratiam Dei, cooperante fide & deuotione gratiæ eius: abſque his autem humano arbitrio nemini poſſe concedi. Vnde grauiter quilibet Princeps delinquit ſi, vt hoc ſuo beneficio largiri poſſit, exiſtimat, quod ſola diuina gratia diſpenſat, cum miniſterium ſuæ poteſtatis in huiuſmodi negotium peragendo adiungere debeat, non præferre. Denique vt ipſius rei nonnulla proferantur exempla, puto quod de ordinatione beati Martini, quando ex monaſterio ſub alia occaſione eductus, & à populo comprehenſus, atque ad Eccleſiam productus eſt, & cõtinuo ab Epiſcopis, qui ab hoc inuitati fuerant, conſecratur, nemo Principum huius ſæculi fuerit interrogatus. In Eccleſia quoque Lugdunenſi ſic religioſa olim & venerabilis conſuetudo fuit, ſicut antiqua narrat hiſtoria, ſcilicet vt defuncto põtifice, omnis in vnum conueniret Eccleſia, & triduano ieiunio, communi * [*f. voto] verò ac ſupplicatione celebrato, quemcunque eis Dominus per reuelationem, ſiue [*f. ex] & eorum Clero, ſeu aliunde oſtenderet, ipſum ſine dubio Antiſtitem conſtituerent: quod de beato Eucherio præfatæ vrbis Epiſcopo, & doctore egregio, ſanctiſſima vita eius liber manifeſtè teſtatur impletum. Qui cùm eſſet ex nobiliſſimo Senatorum genere oriundus, & huic ſæculo abrenuntians, omniq; facultate ſua in pauperes ob amorem Chriſti diſtributa, partibus Prouinciæ in quodam ſpecu retruſus, atq; ibi ſoli Deo * [*f. ieiuniis] ieiunium & orationibus vacans lateret, tali reuelatione oſtenſus, atque inuentus, in pontificali regimine locatus eſt: ex quo certiſſimè conſtat: quod omni illo tempore, quo tantam bonitatem ſiue gratiam omnipotens Deus in illa voluit eccleſia demonſtrare: valebat, ac ſufficiebat ad conſecrationem rectorum ſola eius gratia, & fides Eccleſiæ deuota. Sed in Romana Eccleſia vſque in præſentem diem cernimus abſque interrogatione Principis, ſolo diſpoſitionis iudicio, & fidelium ſuffragio legitimè Pontifices conſecrari, qui etiam omnia regionum & ciuitatum quæ illi ſubiecta ſunt, iuxta antiquum morem eadem libertate ordinant atque conſtituunt ſacerdotes. Nec adeò quiſquam abſurdus eſt, vt putet minorem illic ſanctificationis diuinæ eſſe gratiam, eo quod nulla mundana poteſtatis comitetur auctoritas. Quæ omnia non ideò dicimus, quaſi poteſtatem Principum in aliquo minuendam putemus: vel contra religionem rem regni aliquid ſentiendum perſuadeamus: ſed vt clariſſimè demonſtretur, iure huiuſmodi diuinam gratiam ſufficere, humanam verò potentiam, niſi illa conſonet, nihil valere. Quapropter in ſacris canonibus Patrum, vbi plurimæ cauſæ commemorantur, ſub quibus Epiſcopalis ordinatio irrita habenda eſt, de hac re nihil inuenitur inſertum. hactenus Flori tractatio de [illegible] Epiſcoporum electione, qua præter illa, quæ ſuperius diximus de libera in Romana Eccleſia Papæ electione, redarguitur itidem mendaciſſimus Sigebertus.

IESV CHRISTI Annus 814.

LEONIS PAP. III Annus 19. LVDOVICI I. LEON. ARMEN. 2. Imp.

I. CHRISTI Redemptoris annus ſequitur octingenteſimus decimuſquartus ſeptimæ inchoatæ Indictionis, quo ab ipſo Leone Imperatore dira excitatur perſecutio aduerſus cultores ſacrarum imaginum. De hoc verò quod primum ad temporis rationem ſpectat, cùm conſtet Græcorum hiſtoricorum aſſertione, ipſum Leonem imperaſſe annos ſeptem & menſes quinque, cumque teſtificatione Michaelis huius temporis ſcriptoris, vbi res geſtas magiſtri ſui Theodori Studitæ proſequitur, pateat liquidè, hoc anno ipſum Theodorum à Leone in exilium miſſum: vtique dicendum erit, hoc ipſo primo Leonis imperij anno cœptam perſecutionem fuiſſe, numerat enim ipſe ſeptem annos exilij ipſius Theodori, [illegible] cum occiſo Leone, Michael Balbus accepit Imperium [illegible] derandum. Quod verò tradunt omnes non ita primum ac imperare cœpit, ipſum perturbare ac perſequi cœpiſſe Catholicos, ſed vbi omnium conciliaſſet ſibi animos: plenè id eſſe intelligendum oportet, quinq; in [illegible] perſeueraſſe, nempè totum quod excurrit à [illegible] menſis Iulij, quo die coronatus eſt, vſque ad [illegible] ſuperioris.

II. Cæterum cùm multi velint hæreſeos veneno imbutum Leonem, illud ipſum occultaſſe ad tempus, vſque quo Imperium ſtabiliſſet, aliorum diuerſa [illegible] ſententia, nempè ex Orthodoxo deceptum fraude hæreticorum, hæreticum euaſiſſe; remque geſtam ſic narrant: [illegible] tempore, cùm videlicet Bulgaros prælio ſuperaſſet, [illegible] Imp. monachi Philomelienſis, qui eo tempore quo ſub [illegible] Duce Orientis militabat, prædixerat ipſi Imperium, decreuit muneribus ac donatiis compenſare. Miſit ergo [illegible] deliſſimum, qui ad eum deferret donaria, [illegible] argentea & aurea, ac ſpecies odoratas, quales ad [illegible] rantur. Verum is monachus iam tum [illegible] rat, ſucceſſerat que ei Sabbatius quidam, totus [illegible] hæreſi immerſus. Ad eum cùm veniſſet Legatus Imperatoris, [illegible] tatus eſt, vt munera præceptori ſuo miſſa perciperet, [illegible] precibus Imperatorem remuneraretur. At Sabbatius [illegible] ſquere, ipſum verò abire iubere, adeoq; Imperatorem [illegible] ipſa indignum dicere ſimulacrorum cultui deditum, & [illegible] peratricis, Taraſiiq; Patriarchæ ſtatutis obtemperantem. [illegible] impuriſſimus homo Pardalim & Rauchan, Taraſium [illegible] in Patriarcharum numero, Taraxium, quaſi perturbatorem [illegible] nominabat. Celeremque quoque Imperij & vitæ amiſſionem [illegible] minatur, niſi quamprimum ſibi pareat, ſacras [illegible] gines.

Imperator iis litteris acceptis, cùm ex Legato intellexiſſet [illegible] ex monacho audiuiſſet, animo mærorem [illegible] Theodotum Meliſſenum ad ſe vocat, cumq; eo quid agendum [illegible] deliberat. At verò Theodotus iampridem hæreſi [illegible] caſionemq; palam impietatem profitendi [illegible] dat Imperatori. In Dei [illegible] monaſterio degere monachum [illegible] dam, mirabilia videre facturum. Cum hoc [illegible] eiuſque ſententiæ obtemperandum. Hac cum Leone [illegible] tum ab hoc ad monachum eum ſe contulit, indicatque [illegible]